



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Mandatum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



Contemptus in omni specie mandatorum pari pondere grauis, & communiter damnabilis est: neglectus autem in fixis grauior, tolerabilior in mobilibus mandatis, *ibid.*

Sive Deus, sive homo vicarius Dei, mandatum quodcumque tradidit, pari profecto obsequendum est cura, pari reuerentia defendendum, ubi tamen Deo contraria non precepit homo, *ibid.*

Sunt mandata, quae duris atque carnalibus imponuntur animis ex lege vitae, & disciplinae: & sunt olea dispensationis, quae infirmis & pusillis corde misericordiae apponuntur, & sunt consiliorum solida fortia quae, quae ex intimis sapientiae proponuntur sanis. *Bern. super Cant.*

Praelati iussio vel prohibitio non praetererat terminos professionis, nec ultra extendi, nec contrahi citra debet. Nil nec prelati prohibeat horum, quae promisi, nec plus exigit, quam promisi, *de praed. disp.*

Mandata Moyssi in actu facilia sunt: ut non occidas, & ideo in remuneratione modica, & in peccato magna, sed mandata Christi, ut non irascaris, in actu difficilia: & ideo in remuneratione magna, & in peccato minima. *Chryso. super Matth. 6.*

Merito dedit praecipuum, qui praemisit exemplum. *Cassiodor. super Psal.*

Nihil arduum humilibus, nihil asperum mitibus, & facile omnia praecipua veniunt in effectum; quando & gratia praecedat auxilium, & obedientia mollit imperium, nec dura ibi necessitate feruntur, ubi diligitur, quod iubetur. *Leo Papa in apparitione Domini.*

SENTENTIAE PORTICAE.

Mandata Dei Anthol. Sac. Jac. Billii.

Non ideo quicquam mandat Deus, ut sibi proficiat, Nec seruis officio seruis eget Pominus, Cuius praecipis augetur qui famulatur, Freq. minor, quisquis negligit imperium, Nam Deus omnipotens suauis omnia tenens, potestas, Nil perdit proprium, nihil habet occiduum, Nunquam non habuit, quod habet datus, quicquid haberi Proderit, Et sumens, non nisi quod dederit.

EXEMPLA BIBLICA.

Mandatis impiis & inhonestis non esse parendum. *Exempla: Obfreticae, Aegyptiacae, Exod. 1. 17. Serui Saul, 1. Sam. 23. 17. Socii Danielis, Dan. 3. 18. Daniel, 6. 10. 11. multi Israelitae, 1. Macchab. 1. 65. Mathathias cum filiis, & c. 1. Macchab. 2. v. 19. septem fratres & mater eorum, 2. Macchab. 7. 2. Et Petrus & Ioannes, Act. 4. 18. 19. 33. Apolloni, 28. 19. 40. 41.*

Mandatis impiis & inhonestis parentum exempla: Satellites & ministri Sauli, 1. Sam. 19. 11. 15. 16. Doeg Idumaeus, 22. 18. Subditi Nabuchodonosor, Dan. 3. 4. quidam Iudaei, 1. Macchab. 1. 45. Et 2. v. 16. 23.

Mansuetudo.

DEFINITIO. ET ETYMOL.

Mansuetudo, Graece *πραΐτης*, uel *πραΐτης*, mansuetudo, medicitas circa iram. *sec. Arist. lib. 4. Ethic.*

Hebr. *Hanuah*, à nomine primitiuo *Hanau*, mansuetus, mitis, lenis, modestus. Cognationem habet archillimam cum uerbo *Hanah*, considerauit mente tenuis. Vnde *Hani*, miser, pauper, nam mansuetus is dicitur qui multis ærumnis & miseris exercitatus, considerat & cognoscit seipsum. Hinc Graec. *πραΐτης*, *πραΐτης*, mansuetus, lenis, & c. *sec. Rhetor.*

Mansuetudo est depressio atque sedatio irae, secundum eandem *lib. 2. Et 2. Rhetor.*

Mansuetate feræ dicuntur cicures. Nam cicurare antiqui dicebant mansuetificare, secundum *M. Varro* nem. Et quicquid à ferò dicitur est, dicitur cicur. Cicur ingenium dicimus mite atque mansuetum. Videtur quæ deductum à cicu. Nam cicur ueteres dicebant membranam tenuem, quæ est in malo punicò discrimen.

Mansuetudo quid à clementia differat, *vide supra in Clementia*. Mansuetudo quid à fortitudine, *vide supra in Fortitudo*.

LOCI BIBLICI.

Mansuetudo commendatur. *Ios. 7. 19. 1. Sam. 25. 1. Et 2. Sam. 16. 10. Prou. 1. 1. Eccl. 1. 29. Matth. 5. 4. Et 11. 9. 29. Gal. 5. 23. Et 6. 1. Eph. 4. 2. Col. 3. 12. 1. Tim. 6. 11. 2. Tim. 2. 25. Tit. 3. 2.*

SENTENTIAE BIBLICAE.

Mansuetudo Deo placet.

Exaltauit mansuetos in salutem. *Psal. 149.*  
Mansuetus (Dens) dabit gratiam. *Prou. 3.*  
Fili mihi, per mansuetudinem gloriam animæ tuæ concilia, & eam honore, quem meretur affice. *Eccl. 10.*  
Beati mites, quoniam ipsi possidebant terram. *Matth. 5.*  
Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *ii.*

Proximo prodest.

Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in tranquillitate pacis. *Psal. 37.*

Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum perbis. *Prou. 16.*

Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligere. *Eccl. 3.*

Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit eos pro eis. *io.*

Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite imbecillos, patientes estote ad omnes. *2. Thess. 5.*  
Omnes ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. *1. Tim. 3.*

SENTENTIAE PATRUM.

Mites sunt, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malis, vincunt in bono malum. *Aug. ser. Dom. in monte.*

Mitescere est, non contradicere diuine Scripturæ, & contrariari, si aliqua uita nostra percutit, fuit non intelligere: quod melius & uerius sapere & percipere postumus. *Lib. 2. de doctrina Christiana.*

Quam depofuero omne peccatum & eruo omnem malitiam, & simplicitate contentus fuero in opus malorum, super, & temperem. Quod enim mihi prodest carere secleribus, nisi in caritate atque mansuetudine tenet, & in caritate. *Ambros. ad Verceil. super Lucam. lib. 5.*

Beatus, qui seueritatem & mansuetudinem tenet, & in disciplina seruetur, altero innocentia non opprimatur. *Ambros. Mitis est, quem non rancor uel ira afficit, sed omnia equanimiter sustinet, non irritat, nec irascitur, non nocet, nec nocere cogit. *rou. in gl. super Matth. 5.**

Beati mites, quoniam ipsi possidebant terram. *Celsus. Mites non est bellatorum spolia, sed mansuetudine parantur hominum sperata hæreditas. *Basil. in Psal. 35.**

Sunt quidam mites, sed quando nihil dicitur, uel agitur, in eorum arbitrio: patet autem, quam longe sint à uera mansuetudine, si leuis oritur occasio. *Bern. super Cant.*

Regat discipline rigor mansuetudinem, & mansuetudo temperem: & sic alterum commendatur ab altero, ut nec rigor in duris, nec mansuetudo dissoluta. *Greg. 19. mor.*

Magna est uirtus, si non laedas, quo laesus es. Magna est fortitudo, si eriam laesus remittas. Magna est gloria, si non possis parcere. *Isid. in sol. 2.*

Beneuolentia est bona erga aliquem uoluntas, uina quæ uoluntatem suam præcedens. *ibid.*

Benignitas est largitas rerum per compassionem. *Hugo.*

Clementia est temperantia animi in postulare uisitationem uel talem superioris aduersus inferiorum. *idem.*

Clemens dicitur animus, quando est tener ad compatiendum, & ciliis ad remittendum, promptus ad subueniendum. *ibid.*

Mansueti latentur: non dixit, lege docti, non recitantur, non psallentes, sed mansueti latentur, qui charitate præcipua habentium rerum temperantiam conseruauerunt. *Cassiod. super Psal. 119.*

Mansuetos appellamus manu confectos, id est, patientes & testes, quales uenas iniquitates tolerant, nec aliquem grauius puniunt. *super Psal. 37.*

Ornamentum enim bonorum omnium est sincere benignitas, quæ nunquam est sola: quia de uirtutibus cognoscitur effectus, & in epist.

Suntque nonnulli districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatem amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, ut permissiua iura regimini. Vnde cunctis rectoribus uitaque bonorum sunt tenenda, ut nec in discipline uigore benignitatem mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine diuisionem desiderii, & quaremus à compatione pietatis obdureant, cum commensurati conseruati, nec discipline uigorem moliant, cum infirmorum in uisum consolantur. Regat ergo uigore discipline mansuetudinem, & mansuetudo ornent sermone uigorem, & sic alterum commendatur ex altero, ut nec uigore sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta. *Thom. moral. lib. 19. Et hab. disp. 45. can. Sunt namque.*

SENTENTIAE PORTICAE.

Antholog. Sac. Jac. Billii.

De animi lenitate.

Discitur in Satanae uoluntate iudicium: Nam quod, quod est, alios id docet esse Satanae. At mites nos esse docet. Moderato Olympi: Nam quod, quod est, alios Christus id esse docet. Ac uelut hoc lignum lactis, sanauit amara, Quod tecti Satanae dextra inuenit Deo: Sic animu adhibere solet medicamen acerbum. Crux ea, quæ nobis sit a saluati, fuit.  
Seneca in Hercule furente, trag. 1. act. 3.  
Quisquis est placide potens.  
Dominus, uita: seruat innocua manu.  
Et inuenit in manu imperium regis.